Ignacii. iohannis euuangeliste discipuli. apud antiochenos epi. tanta
extitit auctoritas. ut ariopagite dionisio de diuinis nominibus scribenti suf
ficeret ad probandum. amorem dici congrue de diuinis. hic missis ad
dominum ihesu matrem uirginem epistolis. et eiusdem ad se felici consalutacione recep
tis. ita roboratur in fide. ut iussu traiani ferro uinctus. dum sub de
cem militum custodia romam ducitur. eiusdem urbis ecclesie. ne suum im
pediret martirium. litteras premiserit in hec uerba. ~~a sir~~ a siria usque romam.
cum bestiis terra mariqz pugno. die ac nocte conexus et colligatus decem
leopardis. militibus ductor ad custodiam datis. O salutares bestias
que preparantur mihi. Quando uenient. Quando emittentur. Inuitabo eas
ad deuoracionem mei. et deprecabor. ne ut in nonnullis fecerunt. non
audeant contingere corpus meum. Quinimmo ego uim faciam.
ego me ingeram. Ignes. truces. bestie. dispersiones ossium. discerp
ciones membrorum. et totius corporis querantur. et omnia in me unum supplicia
diaboli arte quesita conflentur. dummodo ihesum xpm merear adipisci.